

incrementa mirificè politus, & secundum propriam formam generatus est! Addo Sanctum Gregorium Neocæsariensem Sermone primo de Annuntiatione: *Ex omnibus generationibus hæc sola Virgo sancta corpore, & spiritu genita est.* Porrò quamnam sanctitatem Patres non tantum animæ Deiparæ in ejus Conceptione, sed corpori etiam concedant, suprà numero 547. cursim explicavimus. Isaiam similiter intelligimus, dum Deiparam *Semen sanctum*, mundumque dicit, id est, fœtum integrè sanctum, tum animæ sanctitate, tum corporis, quæ videlicet sanctitas, ab anima in illud quodammodo redundet.

seditiosum Angelorum tumultum, in quo, & si omnes expugnati, omnes tamen superbia, & fastu impugnati in cælis ipsis: nec non ad Adami, & Evaë cum stygio Dracone conflitum, in quo debellati & prostrati primi parentes, & nos omnes in illis, & per illos. Inter ejusmodi tumultus, Deus pacis & concordiae amator unam Virginem Matrem ad quiescendum sibi delegisse dicitur; in illa quippe nullus interior conflictus, nulla sedatio, aut tumultus; sed pax, sed concordia, sed omnimoda requies, firmitas, & immobilitas. Ut enim luculentissimè S. Dionys. Alexand. in Epist. contra Paulum Samosatenum, quæ ha-  
In Maria  
nulla sedi-  
tio, aut tu-  
multus pa-

*Ad commendandos Maria Parentes, Marianam que Conceptio- nis immunitatem spe- etat tora illa Isaiae vissio c. 6.*

1300 Jam denique perspicio tantæ hujusce visionis apparandæ causam. Huc spectabat di- vinum Verbum è sublimi, & augustissimo so- lio conspicuus, regiam, imò divinam auctori- tam, majestatem, providentiam præ se ferens. Huc pertinebant Seraphinorum trisagia, qui- bus id ipsum sanctissimum Verbum, Dei, ac Deiparæ Filium in clamabant, Sanctum, Sanctum, Sanctum, mundum, mundum, mundum; mun- diffissimum, atque purissimum. Huc demum tan- tum puritatis, ac munditiæ in ipso Isaia Vate studium tendebat. Mariæ sanctitas, Mariæ pu- ritas, Mariæ mundities apparabatur ex san- tissimis prælustribusque nascituræ Parentibus Joachimo & Anna. Tanta Proles, tanta Filia, tanta Dei Genitrix prædicenda erat, illius con- ceptio Vaticinio celebranda, quæ vel ab ipso seminationis exordio sanctissima, purissima, fir- miter, & constanter, instar columnæ, stetit. Tantus ac tam purissimus fructus tantum pu- ritatis, ac munditiæ exigebat apparatus: divi- num nempe Verbum sanctitatis, ac puritatis nomen, si usquam alias, hic maximè induisse. Seraphinos misericordum contendisse munditiæ con- centum; Proprietam Evangelicum ad munditi- am excoctum, & expurgatum fuisse, tantam ut conceptæ etiam Mariæ munditiem prædi- cere mereretur, quam capitibus 7. & 8. illu- strissimis vaticiniis celebrare aggrediebatur. Sed juvat totam hanc explicationem promovere ex sancto Andrea Cretensi Homilia prima de Assumptione Beatæ Virginis Mariæ. *Hinc ego me reprimens, ac contrahens, & metu ho- norans mysterium, cum eo, qui ex omnibus Pro- phetis maxima voce uititur, Isaia simul loquor. O miser ego, dices, quod sum compunctus, quod homo cum sim, & habeam labra immun- da, audeo aliquid dicere de pura atque impollu- ta, & quæ summè plena est omni sanctitate.*

betur tom. 2. Bibliotheca Veterum Patrum *cata omnia*. in Auctario. Nec in Tabernaculum ejus verum S. Diony- alius introivit, neque exivit, nisi solus Domi- nus, & signata porta tabernaculi, & digito ejus signata est: neque manu hominis Sacer- dos noster electus est, neque tabernaculum ejus ab hominibus fabricatum, sed Spiritu S. firmatum est, & virtute Altissimi protegitur illud semper laudatissimum Dei Tabernaculum *Mariae Deipara, & Virgo.* Hoc certè est quod ipsa de se ait apud nostrum Siracidem: *Et qui creavit me, requievit in Tabernaculo meo.* Creationem vocat, conceptionem suam: at- *Creatio* que hæc creationis appellatio Patribus solem- *appellatur* *Mariana* *conceptio.* *nisi admodum est, ut probat noster Salaza- rius de Concep. c. 22. n. 2. Diem creationis,* appellat Anselmus, *Diem Conceptionis Marie:* & S. Isidorus in Mixtarabico Missali, Mariam à Deo creari, ait idem esse, atque ab ipso concipi. Cujus appellationis multiplicem exhibet rationem Salazarius. Illa Princeps; quia Mariana Conceptio, miraculosa cum fuerit ex Anni sterili, & Joachimo effæto & grandæ- vo; nullaque culpa originis è vestigio redundaverit ex Conceptione ipsa (uti in reliquis hominibus;) ideo, repudiato conceptionis, seu generationis vocabulo, *creatio* nuncupatur, quæ actio Dei est propria, & ipsi ad- scribenda tanquam auctori, cui pergrata ex- titit talis actio. Fit inde, ut cùm se Deipara *Maria Ta- bernaculum* appellat, in quo Deus requie- vit, id intendisse existimanda, quod S. Diony- sius Alexandrinus, & S. Petrus Damia- nus nuper dixeré, *Tabernaculum* nempe fuisse, non ab hominibus fabricatum, sed à Deo, qui hanc fabricam sibi gloriæ dicit: *Taber- naculum semper laudatissimum:* id est, semper purum, nunquam vituperabile, nunquam ex- crandum. *Tabernaculum*, quod vel à suæ fabri- cæ initio dulcis fuit Deo acquiescendi lo-

## SECTIO VI.

In Deipara, uti in sanctissimo Tabernaculo,  
Deus requievit. Ubi noviter, & accur-  
tè expenditur Psalmus 45. in Marianæ con-  
ceptionis gratiam.

**P**ost homi-  
num, & An-  
gelorum tu-  
multus Deus  
in Maria  
requievit.  
S. Petrus  
Damian.

**D**ulcis acquiescendi locus Deo exti-  
tit Maria; sanctissimum Numinis Ta-  
bernaculum, in quo requievit; quodque ad re-  
quiem, ad delicias sibi delegit, belli ac pu-  
gnæ pertæsum; ut satis nitidè, & sapienter  
observat S. Petrus Damianus in Serm. de An-  
nuntiat. Cum enim fecerit Deus omnia ope-  
ra sua valdè bona, hoc melius fecit consecrans  
sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola  
se post tumultus Angelorum, & hominum re-  
clinaret, & requiem inveniret. Alludit ad

*Psalmi 45. titulus expenditur pro Deiparæ immunitate.*

1302 **U**lt autem huic intelligentiæ lux af-  
fulgeat, operæ pretium duxi, attente  
explorare, & curiose examinare Psalmum 45. ad  
quem sit allusio à nostro Siracide; ut sic quo-  
quomodo possumus, Mariæ immunitatem ab  
originea labe stabiliamus. In Primis, cum Psal-  
morum tituli *claves* sint (ut S. Hieronymus,  
& S. Hilarius obseruant in Procemiis ad com-  
mentarios Psalmorum) quibus occulta illorum  
mysteria referantur; ex illius Psalmi 45. ti-  
tulo colligo, B. Virgini, ejusque immunita-  
ti fuisse Psalmum hunc inscriptum. *In finem si-*  
*lii*

§. I.

Pars III. ad V. 11. 12. & 13. 335

*luis Core, pro arcanis. Particula, in finem, ut plurimum indicat Psalmos, quibus proficitur, ad Christi tempora spectare, qui est finis legis ad justitiam omni credenti, teste Apostolo ad Romanos 10. 4. Eadem vocem, qua LXX. quorum est vulgata Psalmorum translatio, legunt in finem, S. Hieronymus reddit, *Victori*; Aquila, *Vincenti*; Theodosio, *ad victoriam*; Symmachus, *victoriale*. Quas interpretationes, sic docti expositores accipiunt, quasi Psalmi ita inscripti ad Christum D. referantur, quatenus communem hostium victorem, cui ex insigni de peccato, de morte, de Tartaro Victoria reuecta, victoris cognomen sit partum. Multa eruditè in hanc rem conscripsere nostri Ribera in cap. 3. Habacuc num. 56. Lorinus in Psalm. 4. Alcazar Apocal. 1. Notatio. 8. Quām apte victoris cognomentum Christo conveniat, pro Sanctissima Matre contra primum humani generis hostem in ejusdem purissima conceptione confligenti, ipsumque potentissimè prostranti, Genitricemque à peccati vulnere immunem gloriosissimè afferenti, non est quod ante congregum ipsum multis deprædicem, abundè id constabit ex tota Psalmi extricatione.*

**Cur Core  
Filiis ca-  
nendus com-  
mittitur hic  
Psalmus.**

1303 *Filiis Core.* Non abs re his Musicis  
Psalmus sic canendus, à Davide commissus:  
nam filii Core nihil infastum unquam ceci-  
nisse loquuntur; sed læta, & felicia omnia:  
uti observarunt Sanctus Cyprianus Sermone  
de Resurrectione, Sanctus Hieronymmus to-  
mo 9. Epistola 26. Cassiodorus, nec non  
Genebrardus ad finem Psalmi 40. & noster  
Lorinus in Psalmo 41. Et re quidem ipsa  
factum ex ipsomet Psalmis Coretarum Musi-  
corum nomine inscriptis perspicimus. Sed  
quo id mysterio? An propter grande illud  
miraculum, quo seditionis illius contra Moy-  
sem, & Aaron olim in deserto concitatæ Au-  
toribus pereuntibus, quorum princeps fuit Co-  
re, filii ejus paterno sceleri minimè consentien-  
tes servati sunt? Num. 26.10.&11. Vide supe-

**Cant. 6. 3.** *rius dicta n. 736. ad illud Cantic. 6. 3. Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Jerusalem. Hebraicè, ut Iherusalem. Etenim quod attrinet ad hunc Psalm. quo Deiparæ præservationem celebrari reor, quam aptissimos fuisse censeo Core filios, quibus ille canendus tradatur; nempe à paterno scelere, scelerisque supplicio divinitus præservatis. Sic carmen, sic musica materiae concinit.*

1304 *Pro arcannis* Hebraicè *Halmoth* plura-  
le nominis singularis *Halmah*, quod *Virginem*  
significat, ut pote absconditam, occultam,  
arcanam, à verbo *halam*, Latinè *occulta-*  
*tum*, *absconditum* fuit. Quod nomen cele-  
berrimum est Isaiæ vaticinio c. 7. 14. Ecce  
*Virgo concipiet, & pariet filium.* Igitur quod  
Vulgatus hīc reddit, *pro arcannis*, vel *pro*  
*halmoth*, perinde est, atque, *pro Virgine*: ut  
sit enallage pluralis pro singulari, frequentissima  
in litteris inspiratis: & in hoc eodem no-  
mine usurpata ab Aquila, Theodotione, Sym-  
macho V. & VI. editionibus in titulo Ps. 9.  
qui varie, sed in singulari Hebraicam hanc  
vocem pluralem convertunt, *juventutem*, *flori-  
dam etatem*, id est, *juvenculam*, *Virginem*,  
*abstracto* pro *concreto*. Vide nostrum Del  
Rio t. 2. Adagio. 276. fol. 325. Arcanum

1305 Praefigo etiam h̄ic Psalmi argumentum,  
observans cum Theodoreto tempestivè; nem-

diutor 1306

Versiculi ex-  
plicantur,  
qui cause  
Marianæ  
viam in-  
struunt.

V. 4. Fl. -

## 336 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

V. 4. Fluminis impetus lētificat Civitatem Dei: Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. 1307 Commotæ, atque concusseæ terra firmitatem atque stabilem Jerosolymam objicit, fluentis pelagi sœvissimis fluctibus placidum ac lene divini fluminis decursum; qui dum sive urbem ipsam, seu amœna poma præterlabitur, non solum jucundo undarum murmure Istritarum civium aures, oculos, animumque demulcit, ac recreat; non solum potationi, munditiæ, amoenitatiæ quam commodissimus accedit, sed eandem felicissimam urbem altissimo circumfluentium aquarum defluxu validissimè communis. At quennam flumen intelligit? Gionem quidam putant; ali flumen Silœ. At neque Gionem, neque Siloam, aliud fuisse intelligo, quam fontem, aqueductum, piscinam; non torrentem, non flumen aliquod rapidi impetus decursu Jerosolymam præterfluens. Vide 4. Reg. 10. 20. & 2. Esdræ 2. 3. & c. 3. 16. Isaïæ 22. 9. multaque in hanc rem apud Villalpandum nostrum to. 3. in Ezech. lib. 3. c. 15. & Pinedam Ecclef. 2. 6.

Agnosco igitur in hoc flumine notum in utroque testamento Vatis copiosissimæ Evangelicæ gratiæ symbolum, quo non fluxam, ac temporiam humanorum bonorum felicitatem, sed spiritualiæ, ac divinam significant. Exempla sufficiunt satis quidem multa. Isaïæ 33. 20. & 21. & c. 41. 17. & 18. & c. 44. 3. & c. 48. 18. Porro quod David, quod Isaïas verbis Propheticis exprefserit, alii Vates mirandis quidem visionibus repræsentarunt. Ezech. 47. à V. 2. & Zachar. 14. 8. Denum huic fluminis symbolo favet Evangelista Joannes c. 7. 38. David ergo Eccleiam Evangelicam mystici fluminis defluxu, id est, copiosissimam Spiritus S. gratiæ, irrigandam fuisse afferit hoc primo hemisphærio. Fluminis impetus lētificat civitatem Dei. ut ait S. August. lib. 2. contra Cresconium cap. 14. 10. 7. Sapienter itaque Regius Psaltæ ex insidente, ambientique divinae gratiæ flumine lētissimam Ecclesiam securitatem afferuit: quam enim tantus aquarum aleus, tam vultus, atque adeò immensum gratiarum pelagus communis, non hostilis impetus austi impetrere; nec verò, si impetrat, possit tamen offendere.

1308 Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Summa sententia, & connexio cum præcedenti hemisphærio est: propterea flumen divinarum gratiarum Jerosolymam influere, illamque latam, atque securam reddere, quia sanctificavit in illa Tabernaculum suum Dominus. Hic nempe tanti fluminis fons uberrimus, divinum Tabernaculum a Deo sanctificatum ad requiem suam. Hinc tota extundantum gratiarum Ecclesiam exhilarantum promanat copia. Porro Tabernaculum à Deo sanctificatum B. Virginem Deiparam recte interpretantur nobilissimi, atque antiquissimi Ecclesiæ Patres ex hoc Davidis Versu. S. Methodius Episcop. & Martyr Orat. in Hypopantem Domini, S. Athanas. Ser. de Deipara. S. Damasc. tum in Hymnis, tum Orat. 1. de ejusdem Dormitione. S. Gregor. Nicomed. in Orat. de Præsentat. B. Mariæ. Signatè de purissima Deiparae Conceptione Vir Apostolicus S. Vincentius Ferrerius Ser. de Concep. B. Mariæ in hac verba, Quando corpus gloriose Virginis fuit organizatum, & lineatum, & anima conjuncta corpori per crea-

Quinam  
hic fluvius.

Fluminis  
impetus,  
id est, copio-  
sissima Spi-  
ritus S. gra-  
tia.

Tabernaculi  
nomine Ma-  
ria intelli-  
genda.

S. Vincen-  
tius.

tionem, tunc Altissimus sanctificavit Tabernaculum suum. Dionysius Rikelus, vir sanctissimus, & doctissimus, qui saeculo 1400. flouruit, cum lib. 1. de Praeconio, & dignitate Mariae a. 13. qui est de sanctificatione, & puritate Deiparæ, primis recitatet hunc versiculum, sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus; deinde inter explicandum hanc Mariæ sanctificationem, Jeremiæ, & Joannis Baptiste sanctificationibus longè præferendam docet sic dilucidè: At vero tam excellenter Rikelus.

1309 Addimus aliorum Patrum testimonia, qui hand obsecrare ad hunc Pf. ac Verbum adfuisse videntur, dum Mariam Dei Tabernaculum vocant, ejusque sanctitatem commendant. S. Maximus Episc. Taurinensis S. Ambrosio synchronos in Ser. de B. Virgine Maria. Hoc, inquit, que fuit Tabernaculum gloriosa, condescenderet, & congrue nulla macula originali contaminata est. S. Damascenus Orat. 1. de Nat. Cedat illud spiritus Tabernaculum, quod Moses in deserto ex pretiosa, atque omnis generis materia construxit, atque etiam ante illud, Patriis Abramini Tabernaculum vivere & ratione predicto Dei Tabernaculo. Hoc enim non actionis dumtaxat, ac potentia divinae conceptaculum fuit, verum essentia ratione ipsiusme personæ filii, ac Dei. Video alios Patres: S. Chrysostom. Ser. de Annuciat. S. Andre. Creen. Ser. in eandem festivitatem. S. Hieron. in Pf. 17.

Ut verò hæc luculentiora sint, liceat cum Deiparae sanctificatione conferre Mosiaci Tabernaculi sanctificationem, ad quam alludere dicitur procul dubio Psalmem Regium, certum est: Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Quianam, obsecro, sanctificationis ratione? Jam Tabernaculi.

### §. III.

De Tabernaculi Mosiaci sanctificatione ex Davidis allusione pro Mariana immunitate.

1310 In primis de unguento sanctificationis accurata erit nobis disceptatio, nempe myrra, cinnamomum, calamo, & cassia. Exod. 30. à V. 23. unguentum, quo sacrum Tabernaculum primò sanctificatum est, ita deserbitur: Sume tibi aromata prima myrra, & electa unguentum, quingentos sicos, & cinnamomi medium, id est quo Tabendentes quinquaginta sicos: calami similiæ naculum ducentos quinquaginta: cassia autem quingentos primò an- siacos in pondere sanctuarii olei de olivetis men- tis. faciesque unctionis oleum sanctum, unguentum compostum opere unguentari, & unges ex eo Tabernaculum testimonii, & arcam testamenti. Ex cap. 40. ver. 1. & sequen- tibus jubetur Moses, mense primo, prima die mensis, nempe Martii, eodem christiane Ta- bernaculum consecrare: Et assumpto unctionis oleo

Exo. 30. 23. Ex. 40. 1.

Myrra  
preservatio-  
nem Deipa-  
re, per Chris-  
ti passio-  
nem, expri-  
mit.

Myrra  
preservatio-  
nem Deipa-  
re, per Chris-  
ti passio-  
nem, expri-  
mit.

## Pars III. ad V. 11. 12. & 13.

337

oleo imges Tabernaculum. Et Num. 7. 1. Fa- elum est autem, in die, qua complevit Moses Tabernaculum, & erexit illud, unxitque, & sanctificavit &c. obtulerunt Principes Israel, & capita familiarium, qui erant per singulas tribus, præfectique eorum, qui numerati fuerant, munera coram Domino, &c. Duo hic disquiror; alterum, unguenti sancti confectionem; alterum, ipsam sanctificationem. In unguenti compositione hæc expendam, nempe aromatum physiogiam, eorum pondus, olei mensuram. Quod attinet ad aromata, eorumque naturam, singula testatur disinguenda, & Marianæ sanctificationi adaptanda.

### §. IV.

Myrra prima, & electa quid in Mariæ san-  
ctificatione?

1311 Sume tibi aromata prima myrra & electa. Hanc flactem vocant sponte fluentem, lectissimam, ac præstantissimam myrræ lacrymam, quam arbor sponte suâ exsudaverit. Hebraicè primam & electam myrram appellant, ros mar deror. LXX. vertunt, florem myrræ electæ. Chaldeus, & Caietanus, myrram primam & mundissimam. Duplex est Hebraicum epitheton hujuscæ myrræ ros, & deror: primum significat primum præcipuumque; secundum, electum, mundissimum, propriè autem liberum. Unde plerique docti recentiores reddunt, myrram præcipuum libertatis: significantes myrram liberæ & sponte, non coactæ, excisa arbore, fluentem. Nam Plinio teste, lib. 12. c. 15. Sudant (arbores myrræ) sponte prius quam incidentur, flactem di- clam, cui nulli preferuntur. Idem produnt Solinus in Polyhisto. c. 36. S. Isidorus 17. Orig. c. 8. Qui addit: Myrra Arabia arbor spina similiæ, cuius gutta viridis, atque amara; unde & nomen accepit Myrra. Itaque myrram Isidorus amaram interpretatur; est enim Hebraicè mor cadens à verbo marar, id est, amare, scire: inde antonomastice myrra, id est, amara; quæ Cyrius Jerosol. Catechesi 13. felli amarissimæ confert. Inter myrræ vires, quasi præstantiorum, præservativæ omnes celebrant. S. Cypri. Ser. de stella & Magis. S. Chrysostom. Homil. 8. in Joan. S. Ambros. ad c. 2. Luce, S. Chrysostom. Ser. 160. Caffadorus ac c. 4. Canti. S. Gregor. Homil. 10. in Evan. & Cant. 1. S. Bernardus Hom. 34. in Canti. S. Thom. 3. p. 5. l. a. 2. Diococrides l. 1. c. 67. Galenus l. 8. simplicium, & Mefuis l. 2. de Medicamentis simplicibus c. 1.

1312 Etenim hunc myrræ florem, præstantissimum Christi patiens præservationem significare hoc loco interpretor. Ut enim amarissima myrra quævis præservativæ virtutis est, ita lectissima ac purissima myrra, purissimæ cuiusdam præservationis symbolum esse, haud alienum est. Ita; tota amara myrræ arbor spinis hirsuta myrram promanans amarissimum Christum refert à Cruce pendente, à quo virtus quædam præservatrix profluxit; qua Matrem Virginem Deiparam & animo, & corpore incorruptam, ab omni peccati labe immunit vendicavit. Passioni Domini è diametro, primo Adami peccato, reliquorum peccatorum semini, fuisse oppositam, nemo Christianus ignorat. Cum ergo in primo eo peccato duo sint præcipue consideranda, tum eius ille pomus exitialis pulchri visu, atque ad

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

vesendum suavis; tum generalis humanæ na- turæ corruptela, que ex eodem desidii pomo in totum Adamiticum corpus prorepræfit; con- sequens fuit, utrique Christum D. per passio- nem suam symbolicè hac myrra exprelam se- se obiecisse; & dulcedini, & corruptelæ; dul- cedini per passionis amaricem, omne prorsus humanarum deliciarum oblectamentum re- puentem; unde signatissimè myrratum etiam vinum degustare voluit, ut novus Adamus per myrræ amarorem pomu illius suavitatem damnaret. Deinde communi corruptioni in- corruptionis remedium adhibuit, quo naturam humanam astringeret, atque à contagio corruptionis eximeret: quem quidem nobilissi- num passionis effectum copiosissima ea myrra significatum voluit, quo proprium corpus in seculacho curatum est.

1313 Igitur Tabernaculum suum Altissimus prima Ma- sanctificavit, Deiparam nempe Matrem sancti- ficationis origi- nis non nisi per Filii sui passionem ipsi passionem.

cf

cf